Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dictis · & diuinacionem mendacem · locuti estis · & dicitis aut dominus cū eso non sum locutus · propter hoc dicit dominus deus · Quia locuti estis vana · & mendacium uidistis · Ideo ecce eso ad uos ait dominus deus · & erit manus mea sup prophetas q̄ uident uana · & diuinant mendacium · In cōsilio pōli mei nō erunt · & in scriptura domus isr̄ nō scribentur · nec in terram isr̄ introibunt · & scietis quia ego dominus deus · eo quod deceperint populum meum dicentes pax pax · & non est pax · Et ipe edificabat parietem · Ecce illi linebant eum luto absq; palea · dic ad eos qui linunt absq; temperamento quod sit cadens · Erit enim imber inundans · & dabo lapides pregrandes de sup ruentes · & uentum procelle dissipantem · Si quidem ecce cecidit paries · numquid non dicetur uobis · ubi est lutum quod linistis · Propterea hec dicit dominus deus · & erumpere faciam tempestatē in indignacōne mea · & imber in furore meo erit · & lapides p grandines in indignacōem · & destruam parietem quem linistis absq; temperamento · & adequabo eum terre · & reuelabitur fundamentum eius · cadet · & consumetur in medio eius · & scietis quia eso sum dominus deus · & complebo indignacōem meā in pariete · & illis qui linunt eum absq; temperamento · dicam q̄ uobis non est paries · & non sunt qui linuit eum eum · Prophete isr̄ qui prophetant ad hierlm · & uident ei⁹ uisionē pacis · & non est · ait dominus deus · Et tu fili hominis pone faciem tuam contra faciem filiorum populi tui que prophetant de corde suo · & nationare sup eos · & dic · Hec dicit dominus deus · Ve qui consuunt pulullos sub omni cubito manus · & faciunt cervicalia sub capite vniuerse etatis · ad capiendas animas · Ut capiant animas populi mei · Vniuersabant animas eorum · & uolabant me ad populum meum propter pugillum ordei · & fragmen panis ut interficiant animas que non moriuntur · & viuificarent animas que non uiuunt mentientes populo meo credenti mendacio · propter hoc hec dicit dominus deus · Ecce eso ad pulullos uestros quibus uos capitis animas uolantes · & dirumpam eos de brachijs uestris · & dimittam animas quas uos capitis ad uolandum · & dirumpam cervicalia uestra · & liberabo populum meum de manu uestra · nec erunt ultra in manibus uestris ad predandum · & scietis quia eso dominus · pro eo quod mentite estis cor iusti mendacio · quem eso non contristaui · & confortastis manus impii ut non reuertatur a uia sua mala · & uiuificet · Propterea vana non uidebitis · & diuinacōnes non diuinabitis amplius · Et eruam hierusalem populum meum de manu uestra · & scietis quia eso dominus · Et uenerunt ad me uiri seniores domus isr̄ · & sederunt coram me · omnes pariter ·